

naturale Ius nihil aliud exprimunt, quam id, quod cuique rei proprium & naturale est, adeoque diversum his verbis, ac vulgo solet fieri, significatum attribuunt. Idem de eorum placitis iudicare fas est, qui ad naturæ perfectioris imaginem, & statum Paradisiacum Ius N. exigere voluerunt, quod a quodam Venerando huius Academiae Theologo factum esse novimus; a quo non multum absunt, qui cum Bœclero Ius Naturæ Christianum meditantur. Quibus, si intra limites consistent, frustra licentiam moveri arbitror, cum integrum sane cui-libet esse debeat, quam notionem vocabulo naturæ dare velit, dummodo ab impiis conceptibus abstineat, & aliis eandem licentiam relinquat.

Quod si ad diversas *Iuris* significationes accedamus, non minus eas pluribus circa principium I. N. Logomachiis antam præstitisse facile apparebit. Qui enim ad Ius Naturæ referunt non quæ legis sunt, sed quæ pru-

B 2

den-

---

*dam principia homini cum reliquis animalibus, & aliis corporibus, creatis, communia esse censet.*